



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XVI. Quae sub taciturnitatis obligatione co[n]tineantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput VII. De Secreto seu Sigillo

Quaestio Caduntne sub sigillo Confessionis etiã
XV. peccata committenda, quae peccator
confitetur, sicut commissã?

Responsio. SUB sigillo Confessionis cadunt non solum commissã, sed committenda confessã; quia cum ad integritatem Confessionis pertineat, cõfiteri non solum quae prãterierunt, sed etiam propositum habitum ea postmodum perpetrandi, si esset Sacerdoti concessã facultas huiusmodi proposita reuelandi; nõ dubium, quin daretur occasio, vt vel Confessio omittatur, vel saltem diuidatur: Timetiam, quia etsi talia peccata sint postea actu committenda; iam tamen sunt in voluntate commissã. Igitur celanda sunt, sicut & reliqua commissã seu prãterita.

Quaestio Dic breuiter omnia, quae sub taciturnitatis obligatione continentur?
XVI.

Responsio. AD hoc Secreti sigillum PRIMO omnia pertinent omnia poenitẽtis peccata tam mortalia, quã venialia, licet modo diuerso. Mortalia enim tam in genere, quã in specie ad sigillum Confessionis pertinent: Venialia verò peccata tantum in specie ad sigillum Confessionis pertinent; vnde nunquam licet Sacerdoti dicere, talem poenitentem tale vitium veniale confessum esse.

SECUN-

SECUNDO, ad figillum pertinent omnes peccatorum circumstantiæ, quæ necessariae sunt ad Confessionis integritatem.

TERTIO, omnes casus reservati, tam in genere, quàm in specie. Quia quicquid reservatur, propter aliquod mortale reservatur; Vnde qui dicit talem poenitentem confessum esse aliquem casum reservatum; licet casum non nominaverit: nihilominus violat figillum Confessionis.

QUARTO, omnes defectus poenitentis, & negotia quæcunque, ad eius famam vel infamiam pertinent: utpote, quòd fit servus, quòd illegitimus, quòd ære alieno grauiatus, aut quæcunque alia, ex quibus manifestatis, diminui posset opinio apud homines de illo concepta.

Cùm in multis casibus liceat, homines à Confessione reuocare; an non licet quocunque Confessionem eo ipso fine reuelare, ut scilicet hac occasione homines à Confessione reuocentur?

Questio XVII.

Licet quidem aliquando reuocare homines à Confessione facienda, non solum extra tempus ab Ecclesia statutum, sed etiã in ipso tempore, scilicet in Quadragesima; imò & in tẽpore, quo est homo positus in articulo mortis; ut si necessitas cõpellat pugnare pro

Respõsio.

M 7 Reipub.